Incunabula 77
Petrus Cardinalis S. Sixti.

Nicolai Episcopi Modrusien: Oracio in funere
Rmi D. d. Petri Cardinalis S. Sixti
habita 1475.

Impr. Padue per Matheum Cerdonis
1482.

Hain Repert. bibl. N. 11,774.

H. * 11774
(Wist. 326)

Inc. 77

XIV. 3. 5 c

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Inc. Qu. 77.

Bibl. Jag.

Oracio in funere Reverendissimi domini dn̄i Petri Cardinalis. sancti sixti. Habita a reueredo pr̄e dn̄o. Nicolao episcopo Modrusiensi. 1475.

Exordium

CUm in omni funebri celebracione duo precipue dicendi genera a maioribus nostris usurpari soleāt amplissimi patres. Alterꝝ quo tristes amicoꝝ aīos merore leuarent: qbus cū amici uita suauissima extitit: mors ipa iocunda esse non potuit. Alteruꝫ quo extremū amici munus: rebꝰ ab eo bene gestis uirtutūqꝫ ipsius copia ac splēdore amplissimis laudibus exornaret. Illud ego prius consolatōis genus ita prō sus in oīe tempus ꝑdidi: ut magis ipe solatio egeaꝫ: q̄ꝫ ut illud cuiq̄ꝫ uel prestare possim: uel polliceri: qꝺ etiam si minime ꝑdidissem: nunq̄ꝫ tn̄ despicere possem: qua oꝛone aut quibus rōibꝰ etiā illi quidē: qui principes elloquentie sunt habiti: hanc tā grauem sacrosancti senatus uestri iacturam: ⁊ hūc publicū totius curie luctū ulla ex parte leuare possent. Perdidistis eni pr̄es amplissimi prestātissimū collegam uestrum: cuiꝰ suauissimā consuetudinē: comitatē. benignitatē. liberalitatēqꝫ quottidie experiebamini: cuius ingenii dexteritatem ⁊ incredibilē consilii prudentiā indies magis admirabamini. Amisistis sūmi pontificis pr̄is uri piissimi singulare solaciū: ⁊ sacre eius senectutis optatissimū baculū: participem secretoꝝ: laboꝝ sociū. peregrinatōis comitem. leuamē curaꝝ: ⁊ per quem totius orbis principibus fidissima responsa: ⁊: reddere consueuerat ⁊ accipere. Absit uero inuidia: ⁊ liuor edax saltē parcat cineribꝰ. Extinctus iacet optimaꝝ arciū deditissimus amator. Interiit oīm studioꝝ ꝑcipuus fautor: cultor bonorum: curie splendor. ornamentum ciuitatis ⁊ huius urbis diligentissimus restaurator: corruit preclarum magnanimitatis exemplar: cecidit munificentie gratitudis ⁊ totius liberalitꝰ alūnus. cuius iactura cum uniuersis lugenda sit. tū mihi ꝑcipue.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

atq3 his infelicissimis conseruis meis: quibus hec crudelis ꝛ di ra mors tam benignissimũ abstulit dñm: inuertit benefactorem: ademit presidiũ: ꝛ unico atq3 eodem piissimo p̄re nos acerba or bauit. Nolite igit̃: nolite expectare p̄stantissimi p̄res: ut luctu3 ac merorem in quo ꝛ uos esse intueor: ꝛ me ac totam hãc miseran dam familiã quoad uixerimus fore necesse est: uobis adimam. ¶ Quin potius p̄ uestra clementia dabitis dolori meo ueniã si eius acerbitate abductus nec rerũ ordinẽ seruar̃ ualeã: nec uer borũ tenere modũ: p̄sertim cũ ea culpa libẽcius ego carere uellẽ q̃3 illã a uobis deprecari: si mihi impositũ onus detractare licuis set. agã tñ ut potero ꝛ min⁹ temeritatis q̃3 ingratitudinis notam subire uerebor. ¶ Dicturus igit̃ de laudibus Reuerendissimi dñi. D. Petri Car. sãcti Sixti cuius miserandũ funus hodier na die celebrat̃. eas laudes quas uł a parentibus uel a patria ipsi⁹ colligere poterã hoc loco pretermittẽdas putaui. nõ q illas aut obscuras aut tenues fore duxerim: qm̃ ꝛ honestissimis nobilissi mis q3 ciuitatis sue parentibus est ort⁹. ꝛ celeberrimo uetustoq3 ligurũ oppido Saona. Verũ q ipse illis tãto decori ac ornamẽ to fuerit. ut toto in orbe extremisq3 terrarũ finibus amplissimis laudibus sũmaq3 gł'a ꝛ celebrãtur nũc ꝛ oĩbus futur⁹ seculis nõ desinẽt celebrari. Que qdẽ tametsi satis grandis eius gł'a sit. qui maioribus suis tã insignia uirtutis ornamẽta dederit potius qua3 ab illis accepit. hẽo tñ et alias immortales ac p̄pemodũ diuias animi ipi⁹ laudes. ut fortũe corpisq3 q̃lib3 ingentia bona. tãquã aliena relinquã. pietatẽ. magnitudinẽ ãimi. mũificẽtiã: prudentiã modestiã. atq3. iusticiã. q̃ q̃les in eo fuerit breuiter explicare cõa bor. ¶ Qua igit̃ pietate primũ erga deũ fuerit. q̃3q3 magnific⁹ cultor ipi⁹. si adiuxiss3 futur⁹ erat. in p̄mo vite sue limine clarissi me demõstrauit. ¶ Annos nat⁹ duodeci: cũ orbatã patre fãiliã tanta prudentia regeret. ut nec matri matronarum prestãtissima nec fratres eius parentis sentirent desiderium. cepit deo dicatu3 pectus zelo religionis feruescere. Clare scebat aũt iã tũc nomẽ

Narrano

religiosissimi doctissimiqꝫ uiri magistri Frācisci concinis et auū-
culi sui nunc sūmi pontificis pape Sixti qui ꝑ id tempus. Senis
suis fratribꝰ sacras scripturas īterpretabaṫ. hunc optimum xp̄ia-
ne militie magistrum optimꝰ futurus discipulus. q̄ꝫuis puerili eta

te. uirili tn̄ sensu sibi delegit. ad quem a religioso quodam sene
multis exorato precibus. īscia matre. perductus est: diuino ut op-
pinor nutu. futurus ad apostolatū tam strenuus minister: ad futu
rum sedis apostolice mittitur antistitem. Quem ubi conspexisset
Franciscus iam religionis ueste indutū. quam id circo iuuenis i
itinere assumpserat: quo se faciliꝰ magistro suo insinuaret. multis
eum hortatus est ut ad suos remearet. et matris fratrūqꝫ curam
ut ceperat ageret. uel maturiorem domini prestolareṫ etatem. q̄
pati melius iugum cristi posset. Sed cum pueri constantiam nullꝭ
blandiciis. nullis persuasionibus: nullis deniqꝫ minis euicere pos
sent. diuinum ut erat ī eo aliquid munus arbitratus. hortantibus
fratribus diui eum Francisci sacris initiauit. seruatisqꝫ pro more
religionis rite cerimoniis uestem xp̄i induit. q̄ assumpta. ita oīa
tirocinii rudimēta libens promptusqꝫ ⁊ perdiscebat ⁊ exeq̄baṫ
ut nemo dubitaret ⁊ prudentiam illi ⁊ uires ante etatem non nisi
diuinitus subministrari. Quas ob res omnibus carus omnibus
dilectus esse cepit. precipue aūt ip̄i auunculo suo. qui diuina eius
indole mirifice delectatus piissimo sanctissimoqꝫ eum amplecte-
batur affectu. Unde sibi curandum statuit ut tam excellens inge
niūm per bonas artes excoleretur. Itaqꝫ docto cuidam gram
matico latinis eum litteris Uicherie imbuendum tradidit: qui-
bus mira celeritate perceptis. mox ticinum: deinde Patauiuꝫ
subinde Uenecias. Bononiam. Perusium. Senam: Ferrari
amqꝫ misit: ut quecunqꝫ in tam celeberrimis Italie ginasiis. aut
liberalium arcium: aut sacrarum litterarum dogmata florerent:
ipse uelut operosa apis undiqꝫ colligeret: ⁊ in sacram pectoris sui
cellulam diligenter reconderet. Quod quidē intra breues ānos
adeo consecutus est: ut credibile non sit: uiruꝫ ad agendū magis

Marginal notes (manuscript): Matre inscia abductus — Religionis veste indutus est — Ticinū. Patauiū venetias missus

q̄z ad philozophandum natum: tantam omnium scientiarum noticiam adeo breuiter percipere potuisset. Habeo hic testes complures familiares eius: uiros quidem doctissimos: quibus cum inter cenandum de uariis disciplinarum studiis frequenter disserere consueuerat: adeo accute: adeoq3 prompte ac subtilit de q̄stione proposita: ut eu3 putaret diu noctuq3: nulli adeo alii rei q̄z euoluendis theologorum philozophorumq3 libris uacare. Tenebat fixa memorie: quecunq3 ab ineunte etate a preceptoribus audierat. Uigebat preterea stupendo ingenii accumine cuius pspicacitate facile in abditissima queq3 nature secreta penetrabat: 7 ex pceptis semel principiis: difficillima queuis uel philozophie uel theologie problemata: sūma cum omnium admiratione absoluebat. uersus q̄zplures multosq3 grāmatice textus: quos oli puer edidicerat: ita memoriter recitabat. ut ea illum heri: aut nudiustercius memorie mandasse existimares. Perfectis igitur quā3 celerrime omnium bonarum arcium studiis: rediit sollicitus ad magistrum: munus cui celitus destinatus erat optime impleturus. Inerat enim menti eius presaga quedam futurorum diuinitas: q̄zplurimaq3 anteq̄z contigissent per quietem discebat: ita ut insomnia ipsius non uisa solum: sed certa uiderentur oracula: quibus uarie sollicitatus cepit auunculum suum hortari: cepit importunius compellere romā peteret: atq3 in ea urbe uersari uell3 in qua a maximo omnium rectore deo futurus summus pōtifex erat designatus. ubi et seipsum accepturum ab eo cardinalat9 decus. et alios uniuersos honores. quibus eum functum uidimus mira asseueratione predicebat. Lerno hic non nullos prelatos et ex aliis ordinibus uiros prestantes a quibus magna cum attestatione audiui: singula hec que gessit: multis ante annis ab ipso predicta fuisse. Itaq3 repugnantem magistrum 7 se tanto fastigio indignum reclamantem urgere non destitit: donec multis et signis et prodigiis euictum perpulit romam proficisci. in qua cōstitutus minime conquieuit antequam de mandatū ab altissimi

Laus a doctrina et ingenio

prouidentia munus uiriliter absolueret: ⁊ magistrū suum per ua
ria honorum incrementa ad summum appostolatus culmen con
scendisse uideret. Pro quibus laboribus: ⁊ pro tam diligēti na
uata opera eadem ipsa diuina prouidencia: que semper infirma
mundi elligere consueuit: ut forcia queqꝫ confundat. Cardinala
tus eum dignitatis splendore uoluit illustrare: omnibusqꝫ mun
di principibꝰ ostendere: quo ministro: ⁊ ex q̄ꝫ humili loco accep
to uoluerit in sui uicarii assumptione uti: ut discerent uniuersi ue
ram certamqꝫ esse illam Nabuchodenosoris confessionē: i quā
⁊ regno ⁊ sensui restitutus supplex prorupit dicens. In manū so
lius omnipotentis dei esse omnia regna terrarum: atqꝫ illa qui
bus ipse uoluerit tradi: nec esse alium quēquam qui eius possit
Cardinalis creatus obsistere uoluntati: aut dicere illi quare sic fecisti. ¶ Petrꝰ igi
tur per hunc modum in principatu ꝯstitutus: qui solet uiros ostē
dere: talem sese exhibuit: qualem uix optare poteramus: nō spe
rare. Assumpsit enim cum sublimi magistratu sublimes animos
⁊ spiritus tanti imperii maiestate dignos: ⁊ simulqꝫ cū eis mag
nanimitatem: clemenciam: munificenciam: ⁊ ceteras quas prius
commemorauimus imperantium uirtutes: quibus ⁊ ausus est cū
regibus ⁊ principibus magna gloria non segnius contendere: q̄ꝫ si
in illis natus educatusqꝫ fuisset: ut cepta eius declarant edificia.
totqꝫ magnificentissimo cultu celebrata conuiuia: ⁊ suppellex im
Imperialib(us) perialis: fascibus digna. Turpe enim ⁊ indecorum merito duce
bat. in hoc tocius orbis capite: in hac prima christiane religionis
sede: ad quam adorandam Imperatores. Reges: et cuncti fē
me principes terrarum uentitare solent. non talem esse suppellec
tilem. non talia extare palacia. quibus eos summus Pontifex
⁊ suscipere honorifice posset: ⁊ pro sua ipsorumqꝫ dignitate splen
dide honorare. Unde ⁊ in hos usus omnia illa se comperarī af
firmabat. Nec sibi sed summis Pontificibus quicquid prepa
rabat componeret. Affluebant quottidie opes: ⁊ ab omnibus
ferme christianis principibus magni prouētus ultro offerebant.

quos licet ipse in illos quos diximus acceptaret usus: prophetici tamen documenti memor minime ad ea cor apponebat. neqz ullo auaro deuincebatur affectu. Hinc est quod nec sciebat numerum: nec omnino quid haberet: aut quid impenderet nosse uolebat. nullas a ministris impensarum exigebat rationes: nulla computa exigere uolebat. Jactura rerum ea duntaxat mouebatur que negligentia contigisset: culpam magis dolens quam dampnum. A suscepto semel negocio nullo metu absterreri poterat nullo periculo depelli. Uerax in sermone: in facto fidelis. in proposito constans. in peragendo strenuus. Secretorum tenacissimus et promissorum firmissimus obseruator. Insignia hec sunt magnanimitatis eius testimonia. Sed illud mea sentencia uincit uniuersa: quod nullis mouebatur iniuriis. nullis offensis ledi posse uidebatur: nec ullius rei facilius quam inimiciciarum obliuiscebatur. floccipendebat emulos quoscunqz: et nullam in rem pronior quam in supplicium ueniam uidebatur: tantumqz ab omni ulciscendi ardore aberat: ut inimicis suis benefacere gauderet. Nihil in se fictum: nihil subdolum aut simulatum esse uolebat: nec quicquam magis detestabatur quam mentitam probitatem. Mali quippe et iniqui hominis esse dicebat: meliorem se foris ostendere quam gerere domi: proborum autem uirorum esse non simulatione sed integritate uiros superare. Sane munificencie liberalitatisqz eius largitatem quis — A liberalitate laus
est qui ignoret: nisi qui illa uti uel noluerit uel nescierit. Ea ipse ita flagrabat: ut illos etiam quibus iustis de causis aliquando irascebatur: muneribus tamen ornare non cessaret: non semel neqz solus interfui cum quosdam familiarium merito obiurgasset: deinde uestimentis et magistratu donauit. Et cum aliquando a magistro domus sue in cuius diligentissima fidissimaqz cura merito conquiescebat liberius argueretur: quod nimia indulgentia et largitate domesticos faceret insolentiores: placida uoce respondit: tuum est familiares meos pro neglecto officio corrigere: meum autem pro illorum in me amore congruis premiis afficere. Id

faciendo uterq3 nostrum suo munere optime functus erit. O p̄
claram uocem. O sentenciam sūmo principe dignam: nec impunī
tatem erratorum laudauit: nec liberalitatem suam ullis male me
rētium factis occludi passus est. Felices quibus illa perfrui licu
it. & nunc omniū infortūatissimos qbus tam crudeli fato arrepta
est. ¶ Quingentos pascebat ferme fāiliares. partim illustri. ptī3
nobili. omnes honesto loco natos. p̄latos. milites. doctores. ora
tores. poetas. aut alicui alii hoēste arti deditos. nullis tātorū sūp
tibus: nullis grauabatur impensis: hospitem enī sese oīm hones
toꝝ uirorum esse dicebat. quod ipsa ueritate erat uerius. Nam
si quis diligentius rem ipsa3 consideret: comperiet proculdubio
omnes Cardinalium domos nihil aliud esse q̄3 honesta hospi
cia: in que bonorum uirorum libertatis uel necessitatis bonorum
morum gratia diuersari lic3. ¶ Accipiebat preterea munera nō
auaricie: sed honoris comparandeq3 beniuolencie gratia: quib⁹
tamen in acceptādis ea lege utebatur: ut multo ampliora repen
deret q̄3 acciperet. Testes sunt omnes: qui hac officiorum uicis
situdine cū eo decertare uoluerunt. Complures in hoc cetu aste
re non dubito: qui me uera predicare nouerunt: & qui post accep
tos ab eo nō paruos honores multa insuper dona tulerunt. Vi
di illum quodam uesperi non sine graui stomacho lacrimis suffu
sos oculos & cum multa indignatione: deum optimum maximū
q3 testem citare: atq3 cum nemo cogeret: minimeq3 ea re op⁹ eēt
durissima queq3 in se caputq3 suum impetrantem: si ullas pecuni
as: aut ulla simoniace perfidie premia abs quoq3 eorum accepis
set. qui nuper in hunc sacrosanctu3 senatum appostolicu3 lecti no
scuntur. seq3 ab inuidis atq3 malignis impie ac flagiciose eius cri
minis insimulari persancte iurabat. Angi eum uehementer & sū
mis animi cruciatibus torqueri uideres. qđ sibi ut dicebat per d
trahentium liuorem non liceret in uiros prestantes ac bene me
ritos officiosum esse. ¶ Ubi nunc sunt rubiginosa illa maliuo
lorum pectora? ubi sunt dirissimo felle manantia precordia? ubi
rabidoru3 canum pestiferi dentes qui inexpiabili temeritate ausi

sunt os suum in celo ponere. ⁊ vicarii christi firmq; eius tã excel-
lentissimorũ patrum factum dãnare. atq; illos p̄stãtissimos viros
qui prius a domio ellecti sunt a quo sunt omniũ regnorum pote
states. q; a summo pontifice declarati perditissima audacia lace
rare: Caue tibi lingua dolosa. ne deus destruat te in finem. euel
let te ⁊ emigret te de tabernaculo tuo. ⁊ radicẽ tuam de terra vi
uentiũ. sed hec illi viderunt. qui fecerũt linguam suam nouaculaȝ
acutã. ⁊ sedẽtes aduersus fratrem suũ tota die concinnabãt do-
los. sed hec illi viderunt nos interea reliquas Petri virtutes
non quibus debem⁹ sed quibus possumus laudib⁹ p̄sequamur
Itaq; ut propositus ordo postulat. Nunc ipsius prudenciam cõ
templemur quamuis eius excellẽcia iam per ea que narrauim⁹
magna ex p̄te potuit eẽ manifesta. Quam ob rem tm̃ eam par
tẽ attingã: qua ita sese int̃ p̄ncipes xp̄ianos gessit: ut cuȝ unius
erga eum beniuolenciam consideres. credas ab aliis minime di
lectum. Lex quippe amicicie ita habet ut amicos inimicorũ mi
nime diligamus. hic tamen sua prudencia consecutus est ut eque
carus omnibus haberetur: nec ullus esset qui eius amiciciaȝ ul-
tro non expeteret: ⁊ ademptam studiis omnibus non coleret at
q; foueret: Ostẽdit id nouissima hec ip̄ius legatio in qua om̄s
italie populi singuliq; ipsorum principes summis decertarunt stu
diis. quisnam eum amplioribus honoribus exciperet ⁊ proseque
ret: illeq; se uicisse putabat q plurima in eũ ornamenta cõtulisset
In qb⁹ acceptãdis adeo prudẽs t̄pamentũ iibat: ut cũ oĩm ꝯis
eẽt aicus: singuli tñ sibi eũ uẽdicasse putabãt. Vñ sua illi nego-
cia credebãt ⁊ rex̃ oĩm sumã fidi ip̄i⁹ ult⁹ ꝯmittebãt: fallebat ne
minẽ: ⁊ ꝯuẽȝ rẽ gerẽ⁹ singlox̃ tñ uidbat aduocat⁹: secedbat bis
terq; p̄ diẽ i cubiculũ aut i aliquẽ secretorẽ locũ i q⁹ ad multã ho
rã deãbulã⁹ sumas reipu. xp̄iaẽ rões tacit⁹ secũ ꝯputabat. totas
ei ai uires p⁹q; a legacoẽ r̃dierat i pacẽ italie ⁊ p̄fidi host̄ xp̄ia
ni exitum intenderat: id unũ moliebat: id p̄abat: illuc omnia sua
studia converterat: fecissetq; uotis satis Ni eum nobis Hec di
ra Atque Crudelis Mors. Tam Repente Preripuisset.

Laus a prudentia

Amici inimicorum minime sunt diligendi

adeptam

Uincebat ingenio humana consilia. Et tantum grauiorib⁹ rei publice curis natus uidebatur: hec erat precipua eius uoluptas a qua nullis aliis oblectamentis poterat diuelli. huius delectabatur gustu: huius solius escis pascebatur. Omnium saluti die noctuqꝫ inseruiebat: ⁊ tamen a nōnullis negligencie accusabatur quin tanquam superbum difficilemqꝫ ingrati criminabatur. cum tamen ⁊ mitissimus esset ⁊ facilimus. Nouit hoc tantus domesticorum eius numerus. Norunt amici ⁊ alii omnes qui eius familiaritate usi fuerunt: quibus semper cum per publicas licuisset curas placidum sese exhibebat. affabilem. Comem. benignum: ut socium crederes non dominum. ¶ Tanta uero animi moderatione erat ut irasceretur per raro: Iratus autem extemplo animum ad tranquilitatem reuocaret: de nullo obloquebatur. detrahebat nemini: ⁊ nisi familiariu3 suorum aliorum uite minime erat curiosus. Maximum eius conuicium putabatur si quem (qđ tn̄ parcissime fiebat) per iocum aliquo urbanitatis sale respersisset. ¶ Cibi viniqꝫ moderatissimi. Somnolentie nullius ymo uero peruigil ⁊ qui multis quottidie horis: auroram solitus ess3 preoccupare: quod totum tempus usqꝫ ad solis exortum grauioribus reipublice cogitationibus impendere consueuerat: que tales menti eius assidue obuersabantur: quales mortalium animis uix illabi posse putares. In cognatos ac necessarios nequaqꝫ prodigus ymo uero maxime parcus: excepto hoc piissimo fratre Comite Hieronimo: quem quoniam ab inclito duce. Mediolani cōnubio filie dignatum cernebat: noluit fraterna munificentia illustrare. Qua in re tale temperamentum adhibuit: ut id cum ingenti honore ac laude sedis appostolice contingeret. Urbem enim Imolam que iam prefecti eius culpa ad alios deuenerat: quadraginta millibus ducatorum de propriis facultatibus redemptā3 imperio ecclesie restituit. Cuius exaugendi tanto flagrabat studio: ut ne minimā qđē eius particulam deperire pateret. Quare urbē illā magꝭ eccl'ie qꝫ fr̄is gr̄a noluit uendicare

Porro iusticiã ipi⁹ ex illo spectare licʒ:q̄ in tãta reꝝ potestate constitutus. Nemini uim attulit. Nullum Violenter oppressit. Unde ꝛ uicario illi Jmole quamuis de ecclesia male merito: non solum uictum:sed nihil prioribus minores fortunas dari curauit. Quatuordecim enim millia ducatorum accepit.ꝛ opulen/lentissimum opidum Bosti ex quo ꝛ aliis a duce adiectis prediis plus q̄ꝫ quinque millia ducatorum quotannis capere poterit:neque Jmolam nisi eo uolente redimere uoluit. Magistratus hortabatur ius suum absq̄ꝫ ullo respectu cuiq̄ꝫ administrare: Et licet nõnunquam domesticorum amicorumq̄ꝫ euictus precibus aut litteris aut nunciis multos iudicibus commendaret: id tamen citra cuiusquam iniuriam fieri uolebat. Unde ꝛ cum a Gubernatore urbis aliquando interrogaretur.quidnam de illis fieri uellet qui iniustam causam fouentes: tamen ipsius nomine commendabantur. Jllud inquit:ut iusticiam mearum precum gratia minime uioles: Nec secus feceris etiam si te germanus meus Hieronimus nomine meo aliud precabitur. Hoc ipsum ꝛ Senatori urbis interrogatus respondit. Hoc Gubernatoribus. Hoc Prefectis. Hoc omnibus legationis sue iudicibus sepe mandabat. Dicebat enim se amicis operam suam rogantibus negare non posse: Sed illius causa non nisi iustum:honestũ q̄ꝫ fieri permaxime uelle. Hic ꝛ rescripta non nisi sanctissima faciebat. Atq̄ꝫ ne cui ministrorum peccandi daretur occasio:omnium decretorum suorum similiter ꝛ litterarum exemplaria apd̄ notarios extare iusserat. Huius preclarissime uirtutis nec moriens obliuisci potuit. Nam cum hortaretur ab amicis testamentum condere: Nihil inquit meum habeo: Omnia sunt ecclesie: Supplicabitis tamen meo nomine summo Pontifici:ut es alienum:cuius maiorem partem pro redimendis ecclesie rebus contraxi:pro sua benignitate dissoluat. Cogor hoc loco potissimas eius pretermittere laudes:cum temporis exclusus angustia:tum ipsarum rerum multitudine superatus. Qualem se erga amicos

Laus a Iustitia

Nihil meũ habeo omnia sunt ecclie

qualem erga parentes ꝛ presertim qualem erga ipsum sūmum
Pontificem gesserit: malo hec omnia in aliud tempus differre
quā adeo felicem meritorum ipsius copiam pauca dicendo ui
ciare: Illud unum dicam, cunctis qui eius consuetudinem noue
runt attestantibus: nullum fuisse tam piissimum filium: nullmu a-
deo parenti deditum aut cui maior et salutis et honoris genito
ris sui cura fuit: quam huic uni summi pontificis nostri a prima
eius familiaritatis die usqꝫ ad ultimum uite exitum: nullos pro
eo recusauit subire labores: nulla pericula deuitauit: laborantem
egrotantem. peregrinantem nunquam deseruit: nunquam ab of
ficio discessit. semperqꝫ ut datus a domino Thobie angelus la
teri hesit: aduersa ꝓcurauit. accersiuit prospera: pia sedulitate fo
uit. coluit: ueneratus est. ut nemini mirum uideri debeat. si aut ui
uentem tantum dilexit: aut nunc mortui desiderio adeo moueat

Laus a pietate

¶ Finem dicendi faciam si prius illud sumum eius pietatis mu
nus paucis explicauero. Compositis rebus suis. totam mentēz
ad illud conuerterat: ut dicere cum psalmista libere posset. Do-
mine dilexi decorē domus tue ꝛ gloriā habitationis tue. Pro
inde non cessabat ecclesias sue cure commendatas collapsas eri
gere: exornare deformes: predia occupata uendicare: bona prio
rum rectorum distracta negligentia propriis pecuniis recupera-
re: uestimenta: libros: uasa sacra ꝛ cetera ad splendorē diuini cul
tus spectancia: maximis sumptibus coemere. ꝛ q̄ꝫ prestanciora
haberi poterant comperare. Testatur hanc eius munificentiaꝫ i
hac Romana urbe diui gregorii templum ꝛ prouentibus opti
me auctum ꝛ edificiis perquam magnifice instauratum. testatuꝛ
Taruisii maior basilica non paruis ditata uectigalibus ꝛ diuio
cultu maxime illustrata. Testatur Mediolani Ambrosii mo-
nasterium: quod cum accepisset omnibus ornamentis spoliatum
tam preclara instruxit suppellectili: ut quod prius ceteris illius ur
bis obscurius esse consueuerat: nunc splendore ꝛ omninario ap
paratu uincat uniuersa. ¶ Testatur Papie Maiolphanum

In quo ne unum quidem uasculum in sacrificium reperit: li-
bros autem prorsus nullos. adeo ut quotiens diuina res pa-
tranda erat. Opus esset ab aliis sacris edibus omnia mutuari.
nunc tanta cum omnium: tum precipue librorum: calicũ ac uesti-
mentorum copia abundat. ut alie ecclesie mutuum quod prestare
solebant. ab hac una omnes accipiant. Huius eiusdem phani di-
stracta predia: multis laboribus. sed multo maioribus impensis
omnia recuperauit: et intra bienium plus q̃ꝫ decem milia ducato
rum pro exaugendis rebus eius exposuit. Hec quoqꝫ sacra ap
postolorum edes beneficentiam eius testari potuisset et si tãtum
quatuor mensibus superstitem uidisset: Jam enim decreuerat ꝛ
edificiis et prouentibus hac proxima estate ita eũm instrueret ut
quinquaginta fratribus et cõmode mansiones et necessarius ui
ctus perpetuo suppetere posset. Insuper et bibliothecam his ꝑ
ximis diebus adiecturus erat: prestantissimis omnium scientiaꝝ
libris eggregie refertam: Sed dei uoluntate nobis tam repente
ademptus est: non qꝛ tam piis operibus nõ delectaret̃ deus: ue
rum (quod ualde pertimesco) ut eum calamitatibus quibus forsã
ĩ nostra crimina deseuiere decreuit immeritum subtraheret: ꝛ ꝑ
adimpleto bene ministerio cuius gratia eum procreauerat: Cõ-
gruis premiis afficere non differret: Cuius miserationis dilecti
onis qꝫ certa inditia in ipsius uidimus morte: quam cum multis
ante diebus aduentare presentiret: intrepidus tamen expectauit.
langoris dolores mira patientia pertulit. Delicta que uel etatis
uel fortune uitio pro fragilitate humana contraxerat: pia confessi
one sepius diligentiusqꝫ purgauit: et munitus celesti uiatico. qd̃
summa cũm deuotione acceperat diuinam uoluntatem accinctꝰ
prestolabatur. ¶ Jamqꝫ uicinus morti domesticos ac familia-
res accersiri iubet: quibus presto existentibus in nullos prorupit
fletus: nullis mũdanarũ cupiditatũ desideriis ĩgemuit: nõ deũ nõ
fõrtũaꝫ accusauit: nec se ĩ medio iuuẽtut̃ flore ex tãto ĩpio ꝛ ex ta
libꝰ opibꝰ subtrahi ul' leuit̃ ĩdoluit: qn magno cõstantiqꝫ pectore

Moriturus sic loquebatur

Sentio inquit filii fresqȝ mei: manū dñi sup me aggrauari. uolens lubensqȝ eius presto sum uoluntati. Eo quidē libētior quo me et fame et gl'e mee satis uixisse scio. Cepi eni illū ex hac mortalitate fructū quē maximū mea fortuna cape potuit. Mai⁹ restabat nihil: quicqd superat merito mihi suspectū metuēdūqȝ fuisset. Proinde licet cupiā dissolui ⁊ esse cū xp̄o: uror tñ sola uestraruȝ rex̄ cura: Cognosco eni me tenuē uobis mercedem pro meritis exhibuisse: tāetsi nūq̄ȝ mihi uolūtas defuerit sȝ facultas Et nisi tāta tēporis angustia ꝓhibit⁹ fuissē: null⁹ ur̄m mee gratitudinis uices doleret: meritū qđ potui mōiēs uobis ꝑsolui. Supplicaui sūmo pōtifici ut bñficia q̄ in me ꝯtulerat sua clemētia inf̄ uos partiat̄: ut ⁊ uos meritox̄ ur̄ox̄ ⁊ me non p̄stiti officii min⁹ peniteat. Ad hec cōpellit me et uehemēti⁹ urget mea erga uos incredibilis caritas: ut uos horter atqȝ obtester ne huius mundi illecebris atqȝ lenociniis āimū ur̄m iducatis: ne ue ī luxu ac inanibus eius diuiciis spem ullā ponatis: q̄ q̄ȝ fluxe q̄ȝqȝ fallaces sint ego unus uobis maximo possum esse documento: Credite quoniam puluis et umbra sumus et non hic sed alibi permanētes habemus mansiones ubi nihil corruptibile: nihil caducum esse possit: sed omnia incorruptiblia: omnia sempiterna. Proinde date operam probitati et uirtuti totis uiribus incumbite: Colite pietatem: et integritati nihil anteponite scientes unicuiqȝ uestruȝ propositam esse a domino laborum suorum mercedem: que etiā si nulla esset: hoc tamen ipsum pie et scē uixisse: maxima uiro bono merces esse debet: quippe cuius benefitio homines a brutis secernuntur et nomen suum sempiterne consecrant immortalitati ¶ Reliquum est quod uos per uiscera misericōdie saluatoris nostri supplex deprecor: ut mihi quecunqȝ in uos deliqui condonare dignemini: Min⁹ quippe mee iuuētuti potēs fui: ⁊ nōnūq̄ȝ ꝑti oc'los parti aures ur̄as i multis offēdi: Sed eorum tanto facilius me a domino misericordiam consecuturum confido: quāto uos modestius uiuentes pro me dominum deprecabimini.

familiares suos hortatur

Pie sancte q̄ȝ vixisse maxima viro bono merces

Ego quoqz siquis mortuus erit sensus idem pro nobis me spondeo facturum. Viuite mei memores: et quam caduca sit huius mundi felicitas uel meo exemplo addiscite. His atqz aliis huiusmodi plerisqz summa cum religione sanctissime monitos: singulos flentes eiulantesqz deosculatos dimisit: se autem in lectulo componens intentis iugiter in celum oculis misericordiam peccatorum suorum suplex a domino precabatur. Cumqz iam nox intempesta medium cursum peregisset: conuersus ad uiterbiensem presulem: Ecce inquit appropiquat hora: Affer mihi sacre unctionis oleum: quod confesti cubiculo illatum: nudato ac sublato ut poterat capite religiose ueneratus est: deinde exhibitis manibus ac pedibus rite perunctus: quo facto proferte igitur sacros codices et aliquid de diuinis misteriis meam domino animam commendantes recitate. Quibus mox prolatis usqz in lucem parti psalmi decantati sunt partim lecta euuangelia: sempqz intentus auribus atqz oculis in eaque legebantur etiam deficiente spiritu perstitit donec lector dominice passionis ad illum locum peruenit ubi scriptura igitur et inclinato capite emisit spiritum. O felix atqz iterum felix cui et uita summam dedit gloriam: et mors ipsa meritam diuinitatem non denegauit. Non est ergo quod eius casu ingemiscere habeamus: quoniam in paucis annis maximam etatem compleuit: nec sibi nec glorie sue parum uixit: qui quecunqz unius hominis fortuna capere potuit abunde consecutus est. Nobis forsan amplius uiuere poterat et nimirum magno et ornamento et utilitati. Sed non est amicorum officium sua commoda ex amici spectare incommodis. Quicquid superuixisset: doloribus superuixisset et laboribus. Quibus quoniam eum diuina clementia misericorditer subduxit: gratias illi agamus: atqz dicamus. Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum. Amen. Laus deo.

Impressum Padue die penultima
Augusti. 1482. per matheum cerdonis.

Bibl. Jag.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

77

Biblioteka Jagiellońska
stdr0007936